**Pro his qui in cimiterio requies
cunt. Oratio.**

Deus cuius miseratione anime
fidelium requiescunt: famu
lis & famulabus tuis omnibus hic &

ubiq; in christo quiescentib; da propitius ueniam peccatorum: ut a cunctis reatibus absoluti tecum sine fine letentur. Per dominum.

¶ Pro uiuis & defunctis. Oratio.

Omnipotens sempiternus deus qui uiuorum dominaris simul & mortuorum omniumq; misereris: quos tuos fide & opere futuros esse prenoscis: te suppliciter exoramus ut pro quibus effundere preces decernimus: quosq; uel presens adhuc seculum in carne retinet: uel futurum iam exutus corpore suscepit: pietatis tue clementia omnium delictorum suorum ueniam: & gaudia consequi mereantur eterna. per dominum.

¶ Pro uiuis & defunctis. Oratio.

Pietate tua quæsumus dñe nostrorum solue uincula omnium delictorum: & intercedente beata & gloriosa semperq; uirgine dei genitrice Maria cum omnibus sanctis tuis nos famulos tuos & omnem populum catholicum in omni sanctitate custodi: omnesq; con sanguinitate ac familiaritate. uel confessione: & oratione nobis iunctos: uiuis omnibus purga uirtutibus illustra pacem & salutem nobis tribue: hostes uisibiles & inuisibiles remoue: amicis & inimicis nostris uerâ charitatē largire: & oib; fidelibus uiuis ac defunctis uitâ & requiē eternâ cōcede. p.

¶ Pro uitanda mortalitate.

Deus qui non mortē sed penitentiam desideras peccatorum: populum tuum quæsumus: ad te conuertere propitius: ut dam tibi deuotus existit: iracundie tue ab eo flagella semper amoueas. Per dominum.

¶ Orationis domini nostri iesu christi. Oratio.

Iesu nazarene respice tribulationes: quæ circumdederunt nos undiq; & deprecor te toto corde cōtrito & humili ac in spiritu humilitatis: ut exaudias me de tribulatione. propter quam te inuoco & proclamo alphas & omnia. iesu christe benedicte: pater omnium credentium atq; omnium creaturam: & sicut ueram carnem de beata uirgine Maria suscepisti: ita ueraciter accipiamus quod ad te perimus. Qui uiuis & regnas.

¶ Pro tribulatione. Oratio.

Deus qui contritorum non despicis gemitus: & credentium in te non spernis affectum: intercedere tuis omnibus sanctis tuis adest precibus nostris: quas tibi pro tribulatione nostra effundimus: easq; clementer suscipi tribuas: ut quicquid contra nos diabolice atq; humane molitur aduersitatum fraudes: ad nihilum redigantur: & consilio pietatis tue allidantur: ut nullis aduersitatibus lesi: sed de omni tribulatione & angustia erepti leti in ecclesia tua tibi gratias referam.

¶ Pro seuet ipso. Oratio.

Omnipotens sempiternus deus tue gratie pietatē supplici deuotione depono: ut omnium malorum meorum uincula soluas: cunctisq; meis criminibus & peccatis clementer ignoscas: & quia me indignū & peccatorē ad mysteriū tuum uocare dignatus es: sic me idoneū ministrum tibi efficias: ut sacrificium de manibus meis placide ac beaigne suscipias: electorumq; sacerdo

rum me participem facias: & de precibus tuis in nullis oberrare me permittas. Per dominum. Sacra.

Deus qui te precipis a peccatoribus exorari: tibiq; sacrificium contriti cordis offerri: hoc sacrificium quod indignis manibus meis offero: accipere digneris: & ut ipsi tibi hostia & peccatorum meorum percipiant remissionem. per. post cō.

Deus qui uiuorum es saluator omnium: qui non uis mortem peccatorum: nec letaris in perditione morientium: te suppliciter deprecor ut per hæc sancta que sumpsi: cōcedas mihi ueniam delictorum meorum: ut admitta descēda: & descēda post mortem non admittā: ut cum mihi extrema dies finisq; uite mee aduenerit: munda sum a delictis omnibus me angeli sancti tui suscipiant. per.

¶ De sancto emerico. Oratio.

Deus qui emerici iuuenile floruit in sanctorum consortium sublimasti: presta quæsumus: ut quem tibi fecisti esse deuotum: eius apud te perpetuum sentiamus auxiliū. Per dominum.

¶ De quinque plagis domini nostri iesu christi. Oratio.

Domine iesu christe filii dei uiui qui de coelis ad terram: de sinu patris descendisti: & in linga crucis quinque plagas sustinuisti: & sanguinem tuum preciosum in remissionem peccatorum nostrorum sudisti: te humiliter imploram: ut in die iudicii ad dexteram tuam audire mereamur: uenite benedicti patris mei. Qui uiuis.

¶ De tribus magis. Oratio.

Deus qui tres magos orientales gaspar. melchior: & baltasar. ad filii tui dñi nri iesu christi cunabula: ut eum mysticis adorarent muneribus: sine impedimento duxisti & reduxisti: cōcede famulis tuis in hoc itinere quod peracturi sunt per ipsorum trium regū pijs intercessionibus & meritis: pacem & prosperitatē ac sanitatē: quatenus ipso uero sole: uera stella: & uero lumine ducente ad loca optata: sine offensione & impedimento puenire mereatur. per.

¶ De diuisione apostolorum. Oratio.

Deus qui diuisionem apostolorum tuorum hodierna die per mundum fieri in tua prouidentia in ordinasti: ut in una fidei gratia gentium per orbem ubiq; dispersa uocaretur ecclesia: da nobis per supplicationem ipsorum ueniā promereri peccatorum: quorum uera prædicatione ad tuum sancti nominis preueniam agnitionem. p.

¶ De sancto stephano rege & confessore ungarorum. Oratio.

Deus qui beatū stephanū regem & confesorem tuū terreni imperii gloria & honore coronasti: & sanctorum tuorum societate sublimasti: presta quæsumus: ut quem panonia habuit diuine religionis doctorem in terris eū modo ecclesia tua mereatur habere defensorem in celis. per.

¶ De sancto gregorio pro defunctis.

Omnipotens sempiternus deus: qui nos beati Gregorii confessoris tui atq; pontificis cōmemoratione letificas: concede propitius: ut quæsumus: & meritis defunctorum animas a supplicis misericorditer liberasti: liberes quoque eiusdem pijs suffragiis

gis animā famuli tui. N. a tormen-
tis eternis: ereptamq; coelestium bo-
norum facias esse confortem. per.

C Hæc oratio dicatur ante
benedictiones sequentes.

Deus qui famulo tuo moysi in li-
beratione populi tui de egipto
agnū occidere iussisti in similitudi-
nem domini nostri iesu xpi: & utrosq;
postes domorū de sanguine huius
agni perungi precepisti: ita bñdicere &
sanctificare digneris hanc creaturā
carnis: quam nos famuli tui ad lau-
dem tuam sumere desideramus. per
resurrectionem domini nostri iesu
christi. Qui tecum.

C Benedictio carniū uel auū. Oſo.

Dignare domine deus ops benedi-
cere & sanctificare has ouium
siue auium carnes: ut quicumq; ex po-
pulis tuis fideliter de eis comedent:
omni benedictione cū gratia fau-
rari repleantur bonis. per.

C Benedictio casei & ouorum.

Deus creator & cōseruator gene-
ris humani: dator & gratie spi-
ritualis: largitor eterne salutis domi-
ne: effunde benedictionē tuā super
hanc creaturā casei & ouorum: ut
celesti de fensione: quicumq; ex eis
gustauerint: sibi proficiat ad eternā
salutem. per dominum.

C Benedictio panis.

Domine sancte pater omnipo-
tens eterne deus: benedicere di-
gneris hunc panem tua sancta spiri-
tuali benedictione: ut sit omnibus
sumentibus salus mentis & corpo-
ris: atq; contra omnes morbos &
uniuersas inimicorum insidias tuta-
men. per dominum.

C Benedictio loci uel domus.

Benedic dñe deus omnipotens
locū istū: uel domum istam: ut
sit in eo uel in ea sanitas. castitas. ui-
ctoria. uirtus. humilitas. bōitas. & nra
suetudo. plenitudo legis & gratiarū
actio deo patri & filio & spiritui sc̄to.
& hæc benedictio maneat super hūc
locum: uel super hanc domum: &
super habitantes in eo: uel in ea. Per
dominium nostrum.

C Benedictio unicuiq; rei.

Benedic domine creaturā istam.
N. uel. N. ut sit remedium salu-
tate generi humano: & presta per in-
uocationem tui sancti nominis: ut
quicumq; ex ea sumpserint: uel gusta-
uerint: corporis sanitatem & anime
tūtelam percipiant. per.

C Benedictio nouorum fructum.

Benedic domine hunc fructum
nouum arborum: ut hi qui utun-
tur eo: sint mente & corpore sanita-
ti restituti per dominum.

C Benedictio uue uel fici.

Benedic domine hos fructus no-
uos uue siue ficum: quos tu
dñe prorē coeli: & in uoluntā pluuia
& tēpora serena atq; tranquilla
ad maturitatem producere dignat-
es percipiendos nobis cum gratia
actione. Per dominum.

C Benedictio ouorum.

Subueniat q̄s domine tue bene-
dictionis gratia huic ouorum
creature: de qua pullos gallinarum
procreare dignatus est: ut cibus salu-
bris fiat fidelibus tuis in tuarum gra-
tiarum actione sumentibus. per.

C DE ORATIONIBVS.
ad catechuminum faciendum.

Omnipotens sempiterne deus pa-
ter domini nri iesu xpi respicere
dignare super hunc famulum tuum
N. quem ad rudimēta fidei uocare
dignatus es: omnē cecitatē cordis
ab eo expelle: disrumpe oēs laqueos
sathane: quibus fuerat colligatus.
Per xpm dñm nostrum.

Aperi ei dñe iānuam pietatis tue &
signo sapientie tue imbutus: omniū
cupiditatum fetoribus careat: & ad
suauē odorē preceptorū tuorū letus
tibi in ecclesia tua deseruiat: & pro-
ficiat de die in diem: ut idoneus effi-
ciatur accedere ad gratiam baptis-
mi tui percepta medicina. Per eun-
dem dominum. Alia oratio.

Preces nostras q̄s domine clemen-
ter exaudi: & hunc electū tuū crucis
dñice impressione: quē signat: uir-
tate custodi: ut magnitudinis glorie
rudimēta seruās: per custodiā māda-
torum tuorū ad regenerationis glo-
riā puenire mereatur. p. Alia oratio.
Deusq; humani generis ita es con-
ditor: ut sis etiam reformator: propi-
tiare populis adoptiuis: & nouo tes-
tamento sobolem noue plis ascri-
be: ut filii tui p̄missionis quod nō po-
tuerūt assequi per naturā: gaudeant se
recepisse p̄ gratiam. Per eundem.

C Benedictio salis.

Exorcizo te creatura salis in no-
mine dei patris, omnipotentis:
& in charitate dñi nri iesu christi: &
in uirtute spūs sancti. Exorcizo te p̄
deum uiuū & uerum: per deum qui
te ad tutelā humani generis procrea-
uit & populo uenienti ad credulita-
tē: per seruos suos consecrari prece-
pit: ut in nomine sancte trinitatis

efficiaris salutare sacramentum ad
effugādum inimicum: p̄ inde roga-
mus te dñe deus nri: ut hāc creaturā
salis sanctificando sanctifices: bñdi-
cendo benedicas: ut fiat omnib; ac-
cipientibus perfecta medicina p̄ma-
nens in uiscerib; eorū in nomine dñi
nri iesu xpi qui uenturus est iudicare
uiuos & mortuos & seculū p̄ ignē.

Accipe sal sapientie: p̄ quod p̄picia-
tus sit tibi deus in uitā eternā. Oſo.
Deus patrum nrorum: deus uniuer-
se conditor ueritatis: te suplices exo-
ramus: ut hūc famulū tuū. N. respi-
cere digneris: p̄pitiū: ut hoc primū
pabalum salis gustatē nō diuti; esu-
rire p̄mitas: quominus cibo: explea-
tur coelesti: quatenus sit semper dñe
spiritu feruēs: spe gaudens. tuo sem-
per nomini seruiēs: & p̄duc eum: ad
noue regenerationis lauacrum: ut cū
fidelibus tuis p̄missionē tuarū: et er-

na premia cōsequi mereatur. Per.
Deus abrahā de isaac. deus iacob.
deus q; moysi famulo tuo in mōte si-
nai apparuisti deputas ei angelū pie-
tatis tue: q; custodiret eos die ac no-
cte: te q̄s domine: ut mittere digne-
ris sanctum angelū tuū: ut similiter
custodiat & hunc famulū tuū. N. &
p̄ducat eum ad grām baptismi tui.
Ergo maledicte diabole recognosce
sententiā tuā: & da honorē deo ui-
uo & uero: da honorē iesu xpo filio
eius & spūs sancto: ut ex eas & rece-
das ab hoc famulo dei. N. quia istū
sibi de dñs nri iesus xps ad suā san-
ctā gratiā: & benedictionē: fontēq;
baptismatis dono uocare dignatus
est: & hoc signum sancte crucis quod
nos fronti eius damus tu maledicte

diabole nunq̄ audeas uiolare. Per
enndem.

Super feminas.
Deus celi: deus terre: de² angeloz:
deus archangeloz: de² prophetarum
deus apostoloz: de² mariz: deus cō
fessorū: deus uirginū: de² omnīū bñ
uiuetū: de² cui ois lingua cōfiterur
omne genu flectit celestīū terrestriū
& infernoz: te inuoco dñe sup hanc
famulam tuam. N. ut perducere eā
digneris ad gratiam baptismi tui.

Super masculos.
Quē imortale p̄sidīū postulantium
liberatio supplicū: pax rogantiū: ui
ta credentiū: resurrectio mortuorū:
te inuoco dñe sup hūc famulū tuū.
N. qui baptismi tui donum potens:
eternā cōsequi grām spūali rege
neratione desiderat: accipe eum dñe:
& q̄a dignatus es dicere. petite: & ac
cipietis: gr̄ite & inuenietis: pulsate &
aperietur uobis: petenti p̄mitti porri
ge: & ianuā p̄de pulsanti: ut eternā
celestis lauacri bñdictionē cōsecut²
p̄missa tui mūeris regna p̄cipiat .p.

Huic maledicte sathana adiuratus
per nomē eterni dei & saluatoris n̄rī
iesu xpi filii eius: cū tua uis² inuidia
remēs gemensq̄ discede: nihil tibi
sit cōmune cū seruo dei: iam celestia
cogitāti renunciāturo tibi ac seculo
tuo: & beate immortalitati uicturo:
da igit̄ honorē adueniēti spūi s̄cto
paraclito: q̄ ex sūma celi arce descen
des perturbatis fraudib² tuis diuino
fontē purgatum pectus. idest sc̄tifica
rum deo tēplum & habitaculū perfici
at: & ab oibus penitus noxiis prete
ritorū criminū liberatus: seruus dei
effectus: gr̄as per ēnideo referat sem
per. & benedicat nomē ei² sanctum

in secla sc̄loz. Amē. Super foeminas.

De² abrahā. deus isaac. deus iacob.
de² q̄ tribus israel de egypta seruitu
te liberaſti: & p̄ moysē famulum
tuū de custodia mandatorū tuorum
in deserto mōuisti: & susannā de fal
so crimie liberaſti: te supplex domi
ne deprecor: ut liberēs & hanc famu
lam. N. & p̄ducere eam digneris ad
gr̄ambatū tui. De masculis

Exorcizo te imunde spūs in nomie
patris & filii & spūs sancti: ut ex eas &
recedas ab hoc famulo dei. N. ipse
enim tibi imperat maledicte dama
na: qui pedib² tuis supra mare ambu
lauit: & petro mergenti dextera por
rexit. *ap̄t̄o* Super foeminas.

Exorcizo te imūde spirit² per pa
trem & filiū & spiritum sanctū: ut ex
eas: & recedas ab hac famula dei. N.
ipse enim tibi imperat maledicte dā
nate: qui ceco nato oculos aperuit:
& quatrūduanū lazariū de mo
numento suscitauit. *oratio*.

Eternam ac iustissimā pietatē tuā
deprecor dñe sancte pater om̄ipo
tens eterne deus luminis & ueritatis
sup hunc famulū tuū. N. ut digner
is eū illuminare lumine intelligen
tie tue: mūda eū & sanctifica: & dā ei
sc̄iētiam ueram: ut dignus efficiatur
accedere ad gratiam baptismi tui: te
neat firmam sp̄e. cōsiliū rectū doctri
nā sanctam: ut ap̄t̄ sit ad p̄cipiēdam
gratiam baptismi tui. Per xpm do

Ubi penas: imminere tibi tormē
ta. imminere tibi diem iudicii: diem
supplicii sempiterni: diē q̄ uētur² est
uelut clibanus ardēs. in quo tibi atq̄
uniuersis angeli: tuis eternus uener

iteritus. proinde dānate atq̄ danā
de: da honorē deo uiuo & uero: da
honorē iesu xpo filio eius & spiritui
sancto: in cuius nomine atq̄ uirtute
precipio tibi: quicūq̄ spiritus im
munde: ut ex eas & recedas ab hoc
famulo dei: quā hodie de² & dñs n̄r
iesus xps ad suā sanctā gratiam & be
nedictionem fontemq̄ baptismatis
dono uocare dignat² est: ut fiat eius
tēplum per aquā regenerationis: in
remissionē omnīū peccatorū in no
mine eiusdē dñi n̄rī iesu xpi q̄ uentu
rus est iudicare uiuos & mortuos &
seculum per ignem. *v v v v v v v v v*

Affeta quod est aperire: in odorem
suauitatis. Tu autē effugare diabo
le appropiavit enim iudicium dei.

Ad benedictionem aque. *Oro.*

Omnipotens sempiternus deus: a
desto magne pietatis tue misere
ris: adesto sacramentis: & ad recreā
dos nonos populos quos tibi fons
baptismatis parturit: spiritum ado
ptionis emitte: ut quod nostre humi
litas gerendū est mysterio: tue uir
tutis impleatur effectū. Per dñm. *v v
v v v v v v v v v v v v v v v v v v v*

Prefatio ad benedicen
dum aquam baptismatis. *v v v*
Qui inuisibili potētia sacramen
torū tuorū mirabiliter opera
ris effectū: & licet nos tātis misteris
exequendis simus indigni: tu tamen
gr̄e tue dona non deserens: etiam ad
n̄ras preces atres tue pietatis incli
nas: deus cuius spirit² sup aquas iter
ipsa mundi primordia ferebatur: ut
iā tūc uirtutē sanctificatiōis aquarū
natura cōciperet: Deus qui nocētis
mundi crimina p̄ aquas abluens: re
generationis speciem in ipsa diluuii

effusione signasti: ut unius eiusdēq̄
elemēti mysterio: & finis esset uitis
& origo uirtutib². Respice domine
in faciē ecclesie tue: & multiplica in
ea regenerationes tuas: qui gr̄e tue
affluentis impetu letificas ciuitatem
tuā fontemq̄ baptismatis aperis to
to orbe terrarū gētibus in nouandis:
ut tue maiestatis imperio sumat unius
geniti tui gratiā de spū sancto. Quā
hanc aquā regenerandis hoibus pre
paratā: archana sui luminis admix
tione secūdet: ut sanctificatione cō
cepta: ab immaculato diuini fontis
utero in nouā renatam creaturā pro
genies celestis emergat. Et quos aut
sexus in corpore: aut etas discernit
in tempore: oēs in unā pariat mater
infantiam. Procul ergo hinc: iuber
te te dñe ois spiritus immūdus abſce
dat: procul tora nequitia diabolice
fraudis abſistat. Nihil hic loci habe
at: cōtrarie uirtutis admixtō: non in
sidiando circunuolet: nō latēdo sur
ripit: non inficiendo corrumpat. Sit
hec sancta innocens creatura libera
ab omni impunatoris incurſu: & to
tius neqtie purgata discessu sit fons
mans: aqua regerans unda purifi
cans: ut oēs hoc lauacro saluifero
diluēdi operāte in eis spūs sancto: p̄
fecte purgationis indulgētiam con
sequatur. unde benedico te creatura
aque per deum uiuū. p̄ deū sanctum
per deum qui te in principio uerbo se
parauit ab arida: cui² spirit² super te
ferebatur in mūdi creatione. Qui te
de paradiso manare fecit: & in quat
tuor fluminibus totā terrā rigare p̄
cepit. Qui te in deserto amarā: sua
uitate indita fecit esse portabilem: &

sistente populo de petra pduxit: unde benedico te p iesum xpm filiu ei⁹ unicu dnm nrm: qui te i chana galilee signo admirabili sua potetia conuertit in uinu. Qui pedibus super te ambulauit. & a iohanne in iordane in te baptizatus est. Qui te una cu san guine de latere suo pduxit: & discipulis suis iussit: ut credentes baptizaretur in te dicens. Ite & docete oes gentes baptizantes eos in nomine patris & filii. &c. Oratio.

Hec nobis pcepta seruatis tu de⁹ omnipotes clemens adesto: tu benignus aspira: tu has simplices aqs tuo ore benedictio. ut preter naturalem emundatione qua lauadis possint adhibere corporib⁹ sint etia purificadis tibi mentibus efficaces. Oratio.

Descendat in hac plenitudine fontis uirt⁹ spu sancti: totaq⁹ eius substantia regenerandi fecundet effectu: hic omniu pctoz macule deleantur: hic natura ad imaginem tua codita & ad honorem sui reformata principii cunctis uetustatis scalaribus emundetur ut ois homo hoc sacramentum regenerationis ingressus in uere innocentie noua infantia renascatur. Per.

Sanctificetur & fecundetur fons iste renascens ex eo i uita eterna. In nomine patris & filii & spu sancti. Amen. Abrenuncias sathane & oibus operibus ei⁹ abrenuncio. Et ego te lineo oleo salutis in xpo iesu dno nostro: ut habeas uitam eterna & uiuas in secula seculorum. Amen.

De⁹ oipotens p⁹ dnm nrm iesu xpi q te regenerauit ex aq & spu sancto: quiq⁹ dedit tibi remissionem omniu pctoz: ipse te lineat in uita eterna.

Accipe ueste sancta candida & imculata: quam perfetas ante tribunal dnm nrm iesu xpi ut habeas uitam eternam & uiuas in secula seculorum.

Accipe lapidem ardente in reprobis: sibi le custodi baptismum tuum: ut cum uenerit dnm ad nuptias cum omnibus sanctis possis ei occurrere in aula caelesti: ut habeas uitam eternam & uiuas in secula seculorum.

¶ Dominica in ramis palmarum benedictiones sup ramos.

Deus cui⁹ filius p salute generis humani de celo descendit ad terras: & appropinquate hora passionis sue hierosolyma in asina uenire & a turba rex appellari ac laudari uoluit: benedicere dignare hos palmarum ceterarumq⁹ frondium ramos: ut oes q eos leturi sunt in manus tuas: ita benedictionibus repleantur: q⁹tinus & in hoc seculo hostes antiq⁹ testamenti superare: & in futuro cum palmis uictorie: & fructu honoru operu: tibi ualeant apparere. Alia oratio.

Omnipotens sempiternus deus: qui noe famulo tuo ostendisti diluuii effusionem: & per os columbe gestantis rami oliue pacem terre reddita nunciare uoluisti: te supplices deprecamur: ut hanc creaturam oliuaru siue ceterarum frondium quam ante conspectum glorie tue offerimus: potetia tua sanctifices: ut eas deuotus populus in manibus suscipiens benedictionis tue gratiam consequi mereantur. Alia oratio.

Detimus te dnm sctm pater ops eterne deus: ut respicere digneris super hanc creaturam oliue & palme ceterarumq⁹ frondium: qua ex ligni ma

teria pducere iussisti: cu columba rediens archam proprio protulit ore: benedicere & sanctificare digneris hos ramos: ut quicunq⁹ ex eis acciperit: sibi ad pfectionem anime & corporis & fiat nre salutis remedium & tue gratie sacramentu. Alia oratio. Omnipotens sempiternus de⁹: q dispersa congregas: & congregata conseruas: qui populis hominum & ramos portantibus benedixisti: benedic hos ramos palme & oliue ceterarumq⁹ frondium: quos filii tui ad honorem nominis tui suscipiunt ut quocunq⁹ loco introducti fuerint: tue benedictionis consequatur effectum: ut omni aduersa ualitudine effugata dextera tua protegat: quos redemit. Per dominum. Alia oratio.

Deus eterne nigenitor: q unigenitum tuum dnm nrm iesum xpm a hierico monte oliueti ad hierosolymam direxisti: cui mirabiliter in uia alii ramos de arboribus cedetes: alii oliuarum: alii palmas in manibus feretes: in quibus etia tria mysteria designantur: uestimenta fidei: q est ingressio. christi. crudelitas omnium rami oliuaru uiridis: sensus ueteris testameti. p foliu. liquor oliue unguentum chrisimatis ad purgandum animas per lauacrum regenerationis designatur. & per palmam uictoriae credentium: a te turba in uita credimus: q clamantes osanna in excelsis: idest saluifica siue saluamur saluator noster qui es defensor & protector animarum n⁹az: omniumq⁹ sperantium in te: ideo supplices te deprecamur ops eterne de⁹: ut hos ramos seu segetes & germina sanctifi

care digneris. ut in quocunq⁹ loco portati fuerint: sanctificati efficiantur. ut omnis iniquitas deest illis. *de illa sioue*

¶ Sequuntur decem precepta de calogi.

In tabulis binis lex est depicta patris. *de uicis*
¶ Nam cole deum. ne iures uana per illum.

Sabbata sanctifices. charos uenerare parentes.

Noli mechari. noli de cede notari. Furta caue fieri. non sis testis nisi ueri.

Non cupias nuptias. nec queras res alienas.

¶ De septem articulis diuinatis. Articulus prim⁹ monstrat q sit unus deus.

In patremq⁹ sequeus dicit q credere debes.

Tertius in natum te cogit credere christum.

Quartus te cogit in sanctum. credere pneuma.

Credas in quinto deitate cuncta creasse.

Sextus ait crede. dominus peccata remittet.

Omnes surgemus septenus dicit a parte.

¶ De septem articulis humanitatis. Conceptus. natus. passus. descendit ad ima.

Surgit. & ascendit. ueniet discernere cuncta.

¶ De septem sacramentis ecclesie. Abluo. firmo. cibo. piger. uxor. ordinat ungit.

C De septem operibus.
 misericordie spiritalibus.
C osule. carpe. doce. solare. remitte.
 fer. ora.
C De septem operibus misericordie
 corporalibus.
 Visito. potio. cibo. redimo. teco. co/
 lligo. codo.
C De septem peccatis.
 mortalibus.
 Lauidis. amore. rumens. miseraq. cu
 pidine. auarus.
 Inuidus. iracundus. iners. gulosus.

amator.
C De tribus uirtutibus.
 theologis.
 Christole uirtus amor est tibi.
 spesq. fidesq.
C De quatuor uirtutibus
 cardinalibus.
 Est iustus. fortis. est prudens atq. mo/
 destus.
C De quinque sensibus corpo
 reis.
 Visus. odoratus. cum gustu. tactus.
 & auris.

Incipiuntur lectiones pro defunctis.

LECTIO PRIMA.



Arce mihi domine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo
 quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum.
 Visitas eam dilectio: & subito probas illu. Usquequo non par
 cis mihi: nec dimittis me: ut salutem saluam meam. Peccaui.
 Quid faciam tibi: o custos hominum. Quare me posuisti con
 trarium tibi: & factus sum mihi metipsum grauis. Cur non tollis peccatum me
 um: & quare non auferis iniquitatem meam. Ecce nunc in puluere dormiam
 & si mane me queris non subsistam. & Credo q. redemptor meus uiuit:
 & in nouissimo die de terra surrecturus iam. Et in carne mea uidebo deum
 saluatore meum. & Quae uisurus sum ego ipse & non alius & oculi mei cons
 pecturi sunt.

LECTIO SECUNDA.



Edet anima mea uite mee: dimittam aduersum me eloquiū me
 um. Loquar in amaritudine anime mee: dicam deo. Noli me
 condēnare. Indica mihi: cur me ita iudices. Nunquid bonum
 tibi uiderur si calūnietis & oprimas me. opus manuum tuarū
 & consilium impiorum adiuues. Nūquid oculi carni tibi sūt
 aut sicut uidet homo & tu uides. Nunquid heu dies hominis dies tui: & an
 ni tui sicut humana sunt tēpora. Ut queris iniquitatem meam: & peccatū
 meū scruteris. Et scias quia nihil impium fecerim: cum sit nemo qui de ma
 nu tua possit eruere. & Qui lazaram resuscitasti a monumento ferdum.
 Tueis domine dona requiem & locum indulgentie. & Qui uētarus est iu
 dicare uiuos & mortuos & seculum per ignem.

LECTIO TERTIA.



Anus tue fecerunt me & plasmauerunt me totū in circuitu
 & sic repete precipitas me. Memeto queso q. sicut lutū fecer
 ris: & in puluere reduces me. Nōne sicut lac mulsisti me: &
 sicut caseū me coagulasti: Pelle & carnis uestisti me: ossi
 bus & neruis compegisti me. Vitā & misericordiā tribuisti
 mihi: & uisitatio tua custodiuit spiritum meum. & Requiem eternā do
 na eis domine. Et lux perpetua luceat eis. & Anime eorum in bonis demo
 rentur & semen eorum hereditet terram.

LECTIO QUARTA.



Espōde mihi: quātas habeo iniquitates & pccā: scelera mea
 & delicta ostēde mihi. Cur faciē tuā abscondis: & arbitraris
 me inimicū tuū? Cōtra foliū qd uēto rapit ostēdis potētiā
 tuā: & stipulā sicca psequeris. Scribis eni cōtra me amaritu
 dines: & cōsumere me uis peccatis adolescētie mee. Posuisti
 in neruo pedē meū: & obseruasti oēs semitas meas: & uestigia pedū meō
 rū cōsiderasti. Qui quasi putredo cōsumēdus sum: & q. si uestimētū qd co
 medit a tineā. & Heu mihi dñe quia peccaui nimis i uita mea. qd faciā
 miser ubi fugiā nisi ad te de? me? miserere mei. Dū ueneris in nouissimo
 die. & Anima mea turbata est ualde: sed tu dñe succurre ei.

LECTIO QUINTA.



Omo nat^o de muliere breui uiuēs tēpore: replet^o multis mi
 leris. Qui q. si flos egredit^o & cōterit^o. & fugit uelut umbra: &
 nūquā i eodem statu permanet. Et dignū dicitur sup huiusce
 modi aperire oculos tuos: & adducere eum tecū in iudicio.
 Quis potest facere mūdū de imūdo cōceptū semine: nōne
 tu qui solus es? breues dies hoīs sunt: & numerus mensū ei^o: apud te est.
 Constituisti terminos eius: q. pteriti nō poterunt. Recede ergo paululū
 ab eo: ut quiescat donec oprata ueniāt: & sicut mercenariū dies eius. &
 Ne recorderis peccata mea dñe. Dū ueneris iudicare seculum per ignē.
 & Dirige domine deus meus in conspectu tuo uiam meam.

LECTIO SEXTA.



Vis mihi hoc tribuat in inferno protegas me: & abscon
 das me donec ptranseat furor tuus. & cōstituas mihi tēpus
 in quo recorderis mei? Putasne mortu^o hō rursū uiuat.
 Cūctis dieb^o quib^o nunc multo expecto donec ueniat im
 mutatio mea. Vocabis me & ego respōdebo tibi. Opi ma
 num tuarū portiges de terra. Tu qd gressus meos dinumerasti: sed pce
 peccatis meis. & Libera me dñe de uis inferni q. portas ereas cōregunt
 & uisitasti ifernū. & dedisti eis lumē. Ut uiderēt te q. erat in penis tenebra
 rum. & Clamantes & dicentes aduenisti redemptor mundi.

Lectio septima.



Piritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur: & solatrum mihi super est sepulchrum. Non peccavi: & in amaritudine bus moratur oculus meus. Libera me domine: & pone me iuxta te: & cuiusuis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt cogitationes mee dissipate sum torquentes cor meum. Noctem uerterunt in diem: & rursum post tenebras spero lucem. Si facti uero infernus domus mea est: & in tenebris strauit lectulum meum. Putredini dixi: pater meus est: mater mea & soror mea uerimur. Vbi est ergo nunc prestolatio mea & patientia mea? Tu es enim dñe deus meus. Peccante me quotidie & non me penitente timor mortis cōturbat me. Quia in inferno nulla est redemptio miserere mei deus & salua me. Deus in nomine tuo saluum me fac: & in misericordia tua libera me.

Lectio octaua.



elli mee consumptis carnibus adhesit os meum: & derelicta sunt tantummodo labia mea circa dentes meos. Miseremini mei miseremini mei saltem uos amici mei: quia manus domini tetigit me. Quare ergo persequimini me sicut deus: & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat ut scribarur sermones mei? Quis mihi det ut exaratur in libro stilo ferreo & plumbi lamina uel celte sculpantur in silice? Scio enim quod redemptor meus uisum me & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursum circumdabo te pelle mea: & in carne mea uidebo deum saluatorem meum. Quae uisus sum ego & ipse: & oculi mei conspecturi sunt & non alius. Reposita est ergo haec spes mea in sinu meo. Memento mei deus quia uentus est uita mea. Nec aspiciet me uisus hominis. De profundis clamaui ad te domine: exaudi uocem meam.

Lectio nona.



Vare de uulua eduxisti me: qui utinam consumptus essem ne oculus me uideret? Fuissim quasi qui non essem de utero translatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte ergo me domine ut planctum panlulum dolorem meum: antequam uadam & non reuertar ad terram tenebrosam: & opertam mortis caligine. Terram miserie & tenebrarum ubi umbra mortis & nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat. Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda: quando celi mouendi sunt & terra. Dum ueneris iudicare seculum per ignem. Dies illa dies ire calamitatis & miserie dies magna & amara ualde. Tremens factus sum ego & timeo dum discussio aduenit aduentura ira.

Trilogicon de penitētia: pueris non inuile.



ENITENTIA QUOD EST? PECCATI COMMIS- si cum intima cordis cōtritione & firmo amplius non peccandi proposito: emēdatio. Quis est penitētie effectus? Penitētia angelos letificat: impius iustificat. amissa bona reuocat & ad uitam eternā inuitat. Quod sūt recte penitēti necessaria? Quis? Quae? uenie spes: cordis cōtritio: culpe cōfessio. eorumque sacerdos fieri iussit cōplectio: peccati fuga. Quomodo peccatū uitatur? peccandi occasione cauēdo ut pote uoluptatē: ludos: spectacula: prauū sodalē & id genus reliq̄. Cui nihil dimittitur? Qui neq̄ dimittit aliis neq̄ ablata pro uiribus restituit. Quid probatur? Nā in dominica oratione dicitur dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et diu Augustinus ait. Nō dimittitur peccatū: nisi restituatur ablatū. Ergo quibuscumque malefecimus uerbo uel opere pro parte uirili satisficiamur: & quicquid odii in quēuis concepimus: erradicemur: ut cōfessio nostra sit deo accepta. Quid est confessio? cōfessio est corā sacerdote idoneo: uel extrema in necessitate corā quouis peccatorū declaratio. Qualē de cet esse cōfessionē uerā: de propriis peccatis: integrā: sitā: frequētemq̄ firmā: modestā: uolūtariā apertam: cū mora ut plane intelligatur: cūq̄ sufficienti cōtritione: ita ut hominē talia fecisse multū peniteat: cū firmo amplius nō peccandi: & deinceps penitētia agēdi proposito. Quid cōfiteri uolēti agendū est? Ante omnia secū in cubiculo: aut celula: uel alio secessu sepe & multū secū cogitet: ubi. quomodo: quādo: cū quibus: quotiens: & quē enormiter peccauerit: an locutione: an cōsensu: an uolūtate: an opere. Quid boni omiserit: quod factū oportuit. Nec satis putet si mentitur fuisse fateatur sed quod in te: quod mali attulerit mēdatium explicet: nec solū dicat peccauit in gula: sed addat quātū an ebrius fuerit: an uomuerit &c. Idem ubi & quotiens &c. Vbi autem quis secū omnia diligēter discussit: & pēculauerit. Tūc demū cum magna reuerētia: nō tanq̄ fabulā recitatur: adeat sacerdotē: facto signo sancte crucis dicat. Benedicite. Deinde post pauca uerba sacerdotis ita pergat. Confiteor deo coeli: & beate marie uirgini: & omnibus sanctis dei: & tibi pater: quia ab hora qua peccare potuit in presentē diē peccauit nimis cogitatione locutione & opere. Mea culpa mea maxima culpa. Hinc incipiat dicere quomodo peccauerit. primum cogitatione deinde locutione. postremum opere & omissione. Opere in peccatis mortalibus. in peccatis contra spiritum sanctū. &c. Omissionē in mādatis: operibus misericordie. &c. Que omnia paucis mox aperiam. Vbi autē quecumque nouerit confitens sacerdoti diligēter declarauerit: addet. Quo-

cunq; modo ego miserimus peccator in his omnibus peccauerim. dico meam culpam: & rogo a deo ueniam: & precor beatissimā uirginē mariam cū omnib; sanctis: & te pater ut oretis pro me dominū iesum christum peccatorum meorū ueniam: si plura occurrerēt: libenter cōfiterer. A te autem pater mi suppliciter peto: ut a peccatis me absoluas: & sacrosanctę ecclesię me restituas. Quid est peccatū? Precepti diuini in obedientia. Quid est delictum? Est boni quod fieri oportuit omissio: sed differētia peccati & delicti plerūq; cōfūntur. Quotuplex est peccatum? Triplex: Quomodo? Originale a proplasto: quod baptismate deletur: ueniale quod uenia nō caret etiā sine cōfessione. Et mortale quod sine cōfessione & penitentia ad eternam mortem ducit. Quod sunt peccata mortalia? Septē: que? Superuia: ira: inuidia: gula: luxuria: acidia & auaricia. Que sunt peccata in spū m sanctū? Pertinax agniti ueritatis impugatio. Quia deus misericors est peccatis. uenie a deo impetrāde desperationis: in malis obstinatio. pximi uirtutis odium & inuidia: penitentię contemptus. Que sunt peccata aliena? Ad mala patranda iussio: irritatio: consensus: cōsiliū: laudatio: permissio: confugium: & participatio. Que sunt peccata coram deo uindictam poscentia aut clamantia. homicidiū peccata sodomiticū: uel contra naturā pauperū oppressio: mercedis detētio. Que sunt circūstantie p̄tā aggrauātes? Ordo locus: scientie: tempus: etas: cōdicio: numerus: mora: copia: causa: modus: dignitas: pusilla: resistentia. ¶ Quod sunt fidei articuli? duodecim. qui s̄ In aq̄o stolorum symbolo hunc in modum qui si locantur.

¶ Petrus. Credo in deum patrem omnipotentem creatorē celi & terre. ¶ Andreas. Et in iesum christū filiū ei? unicum dñm nrm. ¶ Iacob? maior. Qui cōcept? ē de spū sc̄to: nat? ex maria uirgine. ¶ Ioānes. Passus sub p̄tio pilato: crucifixus mortuus & sepult?. ¶ Thomas. Descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. ¶ Iacobus minor. Ascēdit ad celos: sedet ad dexterā dei patris omnipotentis. ¶ Philipp?. Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. ¶ Bartholome?. Credo in spiritū sanctum. ¶ Mattheus. Sanctam ecclesiam catholicam: sanctorum cōmunionem. ¶ Simon. Remissionem peccatorū. ¶ Iudas thade?. Carnis resurrectionem. ¶ Mathias. Vitam eternam. Amen.

¶ Quod sūt ecclesię p̄cepta? quicq; que? Festis audire sacrificiū quā miseriam uocant. Semel ut minimū unoquoq; anno cōfiteri. Sacra eucharistiā reuerēter paschate sumere. Festa publica celebrare: ieiunia quattuor temporum cū uigiliis & q̄dragesima diligēter obseruare. Quod sunt sacramēta? Septē: q̄? Cōiugiū: sacerdotiū: baptismus: cōfirmatio. sacrosancta eucharistia: cōfessio: postrema unctio. Quod sūt donas p̄ssctis septē: q̄? sapiētia: sciētia: intellectus: cōsiliū: fortitudo: pietas: timor dñi. Quot sūt opera misericordie spūalia? septē. q̄? Peccatē corrigere. dubitant;

teste consule. ignorātē docere. mestū cōsolari. iniurias ferre. delinquenti ignoscere: p salute pximi orare. Quot sunt corporalia mie opera? Septē: que? Egratos uisitare: egrum necessariis donare. captiuū redimere nudū uestire. peregrinū hospitari. mortū spelire: & ut summam dicā. cūctis miseris subuenire. p uiribus & cōpati. Quot sunt beatitudines? Octo: que? Cōtinētur pulchre in his dei nri iesu xpi uerbis mellitissimis. ¶ Beati pauperes spiritu: quoniā ipsorū est regnū coelorum. ¶ Beati mites: qm̄ ipsi possidebūt terrā. ¶ Beati qui lugēt: qm̄ ipsi cōsolabūtur. ¶ Beati qui esuriū & sitiūt iusticiā: qm̄ ipsi saturabūtur. ¶ Beati misericordes: qm̄ ipsi miā consequētur. ¶ Beati mūdo corde: qm̄ ipsi deū uidebunt. ¶ Beati pacifici: qm̄ ipsi filii dei uocabuntur. ¶ Beati q̄ persecutionem patiuntur propter iusticiam: qm̄ ipsorum est regnum coelorum. ¶ Quot sunt uirtutes cardinales. quattuor. que. Iusticia. prudentia. tēperātia. fortitudo. Quot sunt uirtutes theologice. tres. que. Fides. spes. charitas. Quot sunt sensus. quicq; que. Visus. auditus. olfatus. gustus. tactus. Quot sunt antique legis precepta. decem. que. his Aldi uerbis que declarantur elegantissime.

Lex toto corde. *i. honore*
Mente deum tota tenerare: & semper adora.

¶ Precepta decalogi sunt decem: q̄ habētur in exodo. capite uicesimo. Primum p̄ceptum est. Non habebis deos alienos coram me.

i. sine optima cā sup. per. i. maiestātē i. diuorū des. sc̄z & sanctorum.
Non iures frustra sanctū i. numina diuina.

Secundum p̄ceptum. Non assumes nomen domini dei tui in uanum. Nec enim habebis infontem dominicus cum qui assumpserit nomen domini dei sui frustra.

i. preterea i. aliquid. i. operari.
Hinc caueas festis quicq; exercere diebus.

i. prohibitum. sup. tu i. multum honora patrem & matrem.
Quod uentum est Magno pius affice honore parentes.

Tertium p̄ceptum est. Memoro ut diem sabbati sanctifices. i. omnē diē festū: quē publicē celebrari sancta ecclesia precipit. Quartum p̄ceptum est. honora patrem tuum & matrem tuam: ut sis longeuus super terram.

i. interitias i. falsus.
Non hominem occidas. Nunq; furare: malignus.

i. et sup. tu. i. caue.
Esse cauetelis. Nec non bonuse effuge lectum.

i. violare. sup. hois i. impias. i. maculare. i. marital es.
Concutere alterius. Tēdas feedare iugales.

i. non solum ne per legem.
Non modo neu turpis sis lege iuberis adulter.
Sed nupra quidem alterius tibi mente petatur.

.i. vt. *.i. cupuisse.*
Cuncta aliena (bonus quo sis) cupisse cauet.

Quintum preceptum. Non occides. Sextum. Non moechaberis. Septimū. Non furtus facies. Octauum. Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. Nonum. Non concupisces domum proximi tui. Decimum. Nec desiderabis uxorem eius non seruum. non ancillam. non bouem. non alinum: nec omnia que illius sunt. Teda est fax. sponse cum tedis nubentes ad maritum nocte ducebantur: vnde vir ducere uxorem dicitur: & tedas pro nuptiis capimus.

Hec quicunq; decem summi precepta tonantis.

.i. christianus. *.i. seruauerit.* *.i. molestis absolutus.*

Chriticola ut debet seruare: carcere liber.

.i. ad regnum celorum. *.i. illico ascendet.*

Corporis ad coeli foelicia testa uolabit.

.i. illaris *.i. perpetue qui carebit.* *.i. fructur gaudio.*

Letus & eternum cariturus morte quiescet.

Quisquis christianus dominum deum suum ex toto corde suo: & ex tota anima diligens hec decem omnipotentis dei mandata seruauerit: ex lachrimarū valle ad vitam ducetur eternam: quam nobis donare dignetur mitissimus dñs deus noster iesus xps. Amen.

Idem.

Ingratus nē sis iuuenis quin pectore toto
Per soluas grates qui tibi preffit opus.